Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Monumentum Luctus Publici super obitum Amplissimi Prvdentissimiqve Patriae Patris, Dn. Heinrici Obrechti, Reip. Argentoratensis Viri Consvlaris Clarissimi; Magno Bonorvm Cvm desiderio ipso Iosuae die ...

Crusius, Johann Paul

Argentorati, 1606

urn:nbn:de:bsz:31-137213

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Monumentum Luctus Publici
super obitum

AMPLISSIMI PRVDENTISSIMIQVE

PATRIAE PATRIS, DN. HEINRICI OBRECHTI, REIP. ARGENTORATENSIS VIRI CONSVLARIS CLARISSIMI; MAGNO BONORVM CVM desiderio ipto Ioſuæ die piè in Chriſto defuncti; Anno DEI Hominis M. D. CVI.

Majus onus patitur reliquis, quem labilis vnda
Cogit in anfracto pandere vela mari.
Dum rapidos Scyllæ poſsit tranſire reſultus:
Forſitan errantem dura Charybdis agit.
Dum fugit oppoſitam cautis ambagibus Ætnam:
Præda ſit in medio gurgite navis onus.
Hic opus, hìc labor eſt Palinurum adhibere fidelem,
Qui juvet auxilijs conſilijsq́ rates.
Hoc ſaluo, ſocij præſenti pectore fidunt:
Hoc abſente, ſimul ſpesq́ ſalusq́ perit.
Plangite, pro veſtro Palinuro plangite, Ciues,
Argentina ſuo quos fovet alma ſinu.
Qui decus omne vrbis, qui magno pectore Conſul,
Qui populisq́ favor, qui miſeriq́ ſalus:
Qui Patriæ pater audivit: qui palma ſenatus:
Quiq́ Reipublicæ firma columna fuit,
Occidit OBRECHTVS! quæ porro nomina dicã?
Qui vocat OBRECHTVM, nomina ſumma vocat.
Diſſiliam in medijs Rheni vel Bruſchidos vndis,
Ni pelagi curã vicerit ille duces.
Patria tota fuit, quam dextro numine rexit:
Num præſtat Patriam flectere? num pelagus?
Maior cura ſubeſt populos cohibere furentes:
Remige quàm ſpumas pellere poſſe maris.
Ergo gravis luctus ſocios terrebit: o angor!
Quale tuis humeris, Patria, pendet onus?
Præmittis præſtante virum pietate coruſcum:
Sed, cui ſit pietas, deſit in orbe nihil.
Luge: namq́ virum Pietas lugebit & ipſa:
Imò cum domino penè ſepulcra petet.
Scilicet à pueris patrijs virtutibus auctus,
Pectore par voluit fratribus eſſe ſuis.
Excoluit mentis dotes virtute pudica,
Moribus optatis, dexteritate pia.
Dumq́ pater vidit, quod non ſit degener hæres:
Dum fratrem fratres obſtupuére ſuum:
Virtus ſuccreuit: virtutem propter honores:
Unde in ciuili munere clarus erat.
Ordine res acta eſt: ciuilia pondera geſſit:
Qualiter eximium condecuére virum.
Hic vbi fidus amor patriæ argumenta ſerebat:
Conſulis vt ferret nomina, dignus erat.
Felicẽ Argyropen nimiùm hoc ſub Conſule Natã!
Quo viuente dabas jubila, triſtis ades.

Triſtis ades, luctúsq́ tui ſigna omnia fundas:
Det Conſul cauſam fletibus ille tuis.
Dulcis odos animæ ſpirat diuina roſeta:
Interea tanto Conſule priua gemes.
Non eius ſortem flebis, qui corpore functus:
Sorte tua propria triſtia corda geres.
Si quid vota valent; cernas, ô Patria, talem,
Qui meritis ſimilis, par bonitate, precor.
Qui Deus OBRECHTI ſuccẽdit pectora zelo:
Is ſuccedentes æquiparare ſolet.
Suſtulit è medio binos mors improba fratres:
Alter erat Medicus; Conſul at alter erat.
Prof uit humano generi præſtanter vterq́:
Gaudet vterq́ DEO iam propiore frui.
Tertius in vivis ſupereſt: hic gloria ſtirpis:
Hic Themidos vates maximus: orbis amor.
Si quid vota valent; videas, ô Patria, dudum
Hunc ſolita clarum proſperitate, precor.
Jam, quod jure potes, cineri perſolvito iuſta:
Junge herbis violas: lilia junge roſis.
Exornes tumulum: tumulo ſuperaddere carmen
Audeo; (nil præter carmina ferre licet)
Quem Deus in vita vero dignatus amore eſt:
Sentiat hic cineris mollia fata ſenex.

M. Iohannes Paulus Cruſius
Argentoratenſis.

II.

Svmite magnifici feralia tegmina ciues;
Poſcit enim præſens nil niſi mœſta dies.
Tendit iter mortis venerandus OBRECHTIVS ille,
Qui patriæ CONSVL Lux Columenq́ fuit.
Qui miſerũ ſolamen erat; ſimul extulit amplis
Laudibus, & facilem ſæpè ferebat opem.
Acer erat legis cuſtos vindexq́ malorum,
Et patrio inſontes texit amore ſuos.
Legit & audiuit ſacra, lecta auditaq́ verba
Credidit; & cunctis prætulit illa bonis.
Verbi ſynceros affecit honore miniſtros.
Publica, qua potuit, munia iuuit ope.
Impiger & propriæ domui benè profuit omni
Tempore, ne ſpectmen deſit honórue ſuis.
Candidus & verax, odio mendacia habebat
Cum luxu, veræ ſobrietatis amans.
Non opus eſt multis, ſemper pietatis anitæ,
Semper ei placuit ſedulitatis opus.
Planctibus ergò pijs lachrimas effundite ciues:
Nam cecidit veſter qui modò Conſul erat.
Spargite humum foliis; & ſint hæc vltima vota;
MAGNANIMVS VIVAT CONSVL IN ARCE POLI.
Iohannes Iacobus Cruſius Argentinenſis.

ARGENTORATI,

Excudebat Antonius Bertramus, Academiæ Typographus.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Monumentum Luctus Publici
super obitum

AMPLISSIMI PRVDENTISSIMIQVE

PATRIAE PATRIS, DN. HEINRICI OBRECHTI, REIP. ARGENTORATENSIS VIRI CONSVLARIS CLARISSIMI; MAGNO BONORVM CVM desiderio ipso Iosuæ die piè in Christo defuncti; Anno DEI Hominis M. D. CVI.

Majus onus patitur reliquis, quem labilis vnda
Cogit in anfracto pandere vela mari.
Dum rapidos Scyllæ possit transire resultus:
Forsitan errantem dura Charybdis agit.
Dum fugit oppositam cautis ambagibus Ætnam:
Præda sit in medio gurgite navis onus.
Hic opus, hic labor est Palinurum adhibere fidelem,
Qui juvet auxilijs consilijsq; rates.
Hoc saluo, socij præsenti pectore fidunt:
Hoc absente, simul spesq; salusq; perit.
Plangite, pro vestro Palinuro plangite, Ciues,
Argentina suo quos fovet alma sinu.
Qui decus omne vrbis, qui magno pectore Consul,
Qui populisq; favor, qui miseriq; salus:
Qui Patriæ pater audivit: qui palma senatus:
Quiq; Reipublicæ firma columna fuit,
Occidit OBRECHTVS! quæ porro nomina dicã?
Qui vocat OBRECHTVM, nomina summa vocat.
Dispeream in medijs Rheni vel Bruschidos vndis,
Ni pelagi curã vicerit ille duces.
Patria tota fuit, quam dextro numine rexit:
Num præstat Patriam flectere? num pelagus?
Tristis ades, luctùsq; tui signa omnia fundas:
Det Consul causam fletibus ille tuis.
Dulcis odos animæ spirat diuina roseta:
Intereà tanto Consule priua gemes.
Non eius sortem flebis, qui corpore functus:
Sorte tua propria tristia corda geres.
Si quid vota valent; cernas, ò Patria, talem,
Qui meritis similis, par bonitate, precor.
Qui Deus OBRECHTI succẽdit pectora zelo:
Is succedentes æquiparare solet.
Sustulit è medio binos mors improba fratres:
Alter erat Medicus; Consul at alter erat.
Profuit humano generi præstanter vterq;:
Gaudet vterq; DEO iam propiore frui.
Tertius in vivis supereſt: hic gloria stirpis:
Hic Themidos vates maximus: orbis amor.
Si quid vota valent; videas, ò Patria, dudum
Hunc solita clarum prosperitate, precor.
Jam, quod jure potes, cineri persolvito iusta:
Junge herbis violas: lilia junge rosis.
Exornes tumulum: tumulo superaddere carmen
Audeo; (nil prater carmina ferre licet)

Dispeream in medijs Rheni vel Bruschidos vndis,
Ni pelagi curà vicerit ille duces.
Patria tota fuit, quam dextro numine rexit:
Num præstat Patriam flectere? num pelagus?
Maior cura subest populos cohibere furentes:
Remige quàm spumas pellere posse maris.
Ergo gravis luctus socios terrebit: o angor!
Quale tuis humeris, Patria, pendet onus?
Præmittis præstante virum pietate coruscum:
Sed, cui sit pietas, desit in orbe nihil.
Luge: namq; virum Pietas lugebit & ipsa:
Imò cum domino penè sepulcra petet.
Scilicet à pueris patrijs virtutibus auctus,
Pectore par voluit fratribus esse suis.
Excoluit mentis dotes virtute pudica,
Moribus optatis, dexteritate pia.
Dumq; pater vidit, quod non sit degener hæres:
Dum fratrem fratres obstupuére suum:
Virtus succreuit: virtutem propter honores:
Vnde in ciuili munere clarus erat.
Ordine res acta est: ciuilia pondera gessit:
Qualiter eximium condecuére virum.
Hic vbi fidus amor patriæ argumenta ferebat:
Consulis vt ferret nomina, dignus erat.
Felicẽ Argyropen nimiùm hoc sub Consule Natã!
Quo viuente dabas jubila, tristiu ades.
Jam, quod jure potes, cineri persolvito iusta:
Junge herbis violas: lilia junge rosis.
Exornes tumulum: tumulo superaddere carmen
Audeo; (nil prater carmina ferre licet)
Quem Deus in vita vero dignatus amore est:
Sentiat hic cineris mollia fata senex.

M. Iohannes Paulus Crusius
Argentoratensis.

II.

SVmite magnifici feralia tegmina ciues;
Poscit enim præsens nil nisi mœsta dies.
Tendit iter mortis venerandus OBRECHTIVS ille,
Qui patriæ CONSVL Lux Columenq; fuit.
Qui miserũ solamen erat; simulextulit amplis
Laudibus, & facilem sepè ferebat opem.
Acer erat legis custos vindexq; malorum,
Et patrio insontes texit amore suos.
Legit & audiuit sacra, lecta auditaq; verba
Credidit; & cunctis præstulit illa bonis.
Verbi synceros affecit honore ministros.
Publica, qua potuit, munia iuuit ope.
Impiger & propria domui benè profuit omni
Tempore, ne specimen desit honórue suis.
Candidus & verax, odio mendacia habebat
Cum luxu, vera sobrietatis amans.
Non opus est multis, semper pietatis auita,
Semper ei placuit sedulitatis opus.
Planctibus ergò pijs lachrimas effundite ciues:
Nam cecidit vester qui modò Consul erat.
Spargite humum foliis; & sint hæc vltima uota;
MAGNANIMVS VIVAT CONSVL IN ARCE POLI.

Iohannes Iacobus Crusius Argentinensis.

ARGENTORATI,

Excudebat Antonius Bertramus, Academiæ Typographus.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST